



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. II. De Impedimentis primariis excludentibus à Societate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

c P. 8. c. i. §. 2.
 & B. & P. 1. c.
 1. §. 3. & C. &
 Reg. Exam. 2.
 & R. Prov. 33.

tur. Hoc autem non excludit numerum licet magnum : immo ad propositum finem convenit, numero augeri operarios idoneos ; & qui huiusmodi essent, turba existimari non deberent ; sed potius gens electa, tametsi magna ea esset. c

SECTIO II.

De Impedimentis primariè excludentibus à Societate.

*Impedimenta
 essentialia &
 irritantia.*

d Ex. c. 2. §. 6.
 & A. & P. 1. c.
 3. §. 2. & G.
 e Con. 5. D.
 52.
 f C. 7. D. 42.

*Si deprehendan-
 tur in aliquo
 eximie ornato
 quid agendum?*

g Ex. c. 2. D. &
 Reg. Prov. 35.
 & Exam. 7.

1. **A**D convenientem igitur delectum eorum, qui Societati adscribendi sunt, primò investigandum est, an obsit aliquod ex iis Impedimentis, cum quorum aliquo nemo in Societatem admitti potest ; ita ut in his nec Generalis Præpositus, nec Societas univèrsa dispensare possit. d Quare hæc Impedimenta essentialia dici debent, e & irritantia emissionem votorum simplicium, & quamcumque sequentem Professionem. f

2. Cæterùm si in quopiam aliquo ex prædictis impedimentis affecto, cernerentur illustriora Dei dona : non dimittendus ab Examinatore esset, donec rem cum Superiore contulisset. g Immo si taliter ornatus Summo Pontifici, vel ejus Nuntio;

tio; vel summo Pœnitentiario supplicat, sibi concedi ingressum in Societatem, Præposito ejus Generali non repugnante; posset idem Præpositus consensum ad eum admittendum præstare: dum tamen ostium non multis, immo nulli, qui raris dotibus non sit præditus, aperiatur. *b*

h P. 1. c. 3. G.

3. Descendendo autem ad hæc essentialia Impedimenta in particulari, quæ ad quinque capita revocantur, nullo modo sunt admittendi. 1. Qui recesserit à gremio S. Ecclesiæ, fidem abnegando inter Infideles, vel incidendo in errores contra eam, in quibus reprobatus fuerit per sententiam publicam, etiam ut suspectus hæresis; aut tanquam schismaticus se ab Ecclesiæ unitate sejunxerit. *i* Et quamvis per publicam sententiam quis condemnatus non fuerit: si tamen error ejus publicus extitisset, ac vehementer suspectus esset; & quod in judicio conveniri posset timeretur, admitti non debet. Verum hoc judicium Præposito Generali relinquatur. *l* Advertendum Schisma & Hæresim censerit inter hæc Impedimenta, quando sunt peccata particularia personæ, non autem generalia Patriæ. *m*

1. Impedimentum Infidelitas.

i Ex. c. 2. §. 1. & P. 1. c. 3. §. 3.

l P. 1. c. 3. A.

m P. 1. c. 3. B.

2. Impedimentum Homicidium & Infamia ob enormia peccata.

4. Pari modo 2. loco excluduntur, qui homicidium perpetraverint, vel perpetrari cum

cum peccata.

2 Ex. c. 2. §. 2.
& P. 1. c. 3. §.
4. & C.

o P. 1. c. 3. C.

p Con. 11. Act.
31.

q Ex c. 2. C. &
P. 1. c. 3. D.

3. Impedimen-
tum, Habitum
gestasse Religio-
sum.

r Ex. c. 2. §. 3.
& P. 1. c. 3. §.
5.

s P. 1. c. 3. E.

cum deliberatione jusserint, si effectus est consecutus: aut si publicè infames propter enormia peccata fuerint. Si autem dubitaretur, an homicidium sit, nec-ne, dijudicent Præpositi Generales; nec se faciles in hujusmodi dubiis exhibeant. Super homicidio verò casuali, sed voluntario, consulatur P. Generalis. Quod attinet ad infamiam, adverte impedimentum esse, ubi quis enormiter peccando infamiam contraxisset. Si autem procul esset ab eo loco, tamque serió resipuisset, ut de eo nihil timendum videretur, posset in Domino admitti. Quamvis Societas in ejusmodi hominis probatione magis circumspectè procedere debet. Qualia verò sint, vel non sint ejusmodi enormia peccata, judicet Præpositus Generalis.

5. Non admittitur 3. qui habitum sumpserit alicujus Religionis Fratrum, vel Clericorum, vitam, aliquando in obedientia cum eis agendo, etiam non emissa Professione; vel qui Eremita cum vestibus monachalibus fuerit; & quidem ad hoc Impedimentum contrahendum sufficit habitum gestasse vel unum diem; eo tamen animo, ut sit Religiosus. Quoto autem anno ætatis debeat quis habitum regularem sumpsisse; ita ut si id contigerit in ætate puerili,

cen-

cenſeri tamen is debeat impeditus, non eſt determinatum, ſed mandatum P. Generali pro ſingulis caſibus ſtatuendum. *t* Quem etiam conſulere oportet, ubi quis minus, quàm uno die, geſtaſſet prædictum habitum. *u* Certum verò eſt non hic comprehenſos, qui profeſſi ſunt ordinem militarem, vocatum Chriſti *x*, nec eos, qui è Societate egreſſi, votis non ſoluti, poſtmodum habitum alterius Religionis induiti fuerint. *y* Comprehenduntur autem FF. Capellani Ordinis S. Joannis Hieroſolymitani. *z*

6. Obſtat 4. vinculo Matrimonii conſummato, vel Servitutis legitimæ ligatum eſſe. *a* Quando verò hoc vinculum ſolutum eſſet, quod à Domino, vel à Conjuge facultas concederetur, obſervatis aliis circumſtantiis, quæ juxta ſanam doctrinam, & uſum Sanctæ Eccleſiæ ſolent obſervari, Impedimentum eſſe deſinet. *b*

7. Quintum Impedimentum eſt Infirmi- tatem pati, unde obſcurari, vel parum ſanum judicium ei reddi ſoleat, vel diſpoſitionem notabilem ad hujusmodi infirmi- tatem habere. *c*

8. Jam ſi aliquod ex his Impedimentis in quoquam detegeretur, non eſt quod ulterius in interrogationibus procedatur; ſed qui

t Con. II. Act.

36.

u Con. II. Act.

43.

x Con. I. D.

129.

y P. 2. c. 4. B.

z Cong. 13.

D. 7.

4. *Impedimentum, vinculum matrimonii vel ſervitutis.*

a Ex c. 2. §. 4.

& P. I. c. 3. §. 6.

b P. I. c. 3. F.

5. *Impedimentum, Judicium leſum.*

c Ex. c. 2. §. 5.

& P. I. c. 3.

§. 7.

Quomodo in examine ſuper his procedendum.

quī Examinatoris officio fungitur, quoad ejus fieri poterit, eundem consolando dimittat; nisi illustriora Dei dona haberet, ut supra dictum est. *d* Ceterum in horum examine primò decenter interrogandum est; *e* secundo non ut Impedimenta proponenda, donec veritas eliciatur; ne qui examinatur, præ desiderio ingrediendæ Societatis, accipere occasionem possit veritatis celandæ; & nihilominus admoneri Confessarium oportet, ut si quis verè non respondisset, ejus conscientiam de ea re extimulet. *f*

9. Ubi notandum est, reticuisse Impedimentum excludens in examine, vel in commentum esse, unde grave aliquod incommodum oriri possit, esse peccatum in Societate Superiori reservatum. *g*

10. Desideratum etiam est, ut omnis cognitio indagandæ veritatis in celatis in Societatis ingressu quibuslibet impedimentis, malitiâ nimirum, an ignorantia id contigisset; utque punitio etiam illorum, qui studio illa celassent; pro delicti hujus, atque aliorum in Societate commissorum qualitate, ad eandem solam pertineret; & statutum, ut in id facultas à Summo Pontifice peteretur. *h*

11. Pleraque ex dictis servanda etiam sunt

d Ex. c. 2. §. 7.
& Reg. Exam.

76

e P. 1. c. 4. §. 3.

f Ex c. 2. A. &
Reg. Exam. 6.

Reticuisse aliquid grave in examine est peccatum reservatum.

g Ex. c. 3. A. &
Con. 5. D. 51.

Cognitio juridica hujus delicti.

h Con. 7. D. 43.

Impedimentum Originis dispensabile.

sunt in Impedimento Originis, quod licet non recenseatur inter essentialia, tamen definitum est, esse indispensabile, etiam à Generali. Tale autem Impedimentum est traxisse originem ex Hebræis aut Saracenis. i. Quamvis enim Societas juxta sui Instituti finem, omnia hominum genera complectatur, ut eorum serviat utilitati spirituali: non tamen necesse est, ut suos ministros ex quolibet hominum genere desumat. l

12. Sed advertere oportet prædictæ sanctioni aliquam mox seu declarationem, seu moderationem fuisse adhibitam: ita ut exclusis iis, qui Morisci in Hispania vocantur, vel aliis quibuscumque, qui Christiani, quasi specie tenus, haberentur; itemq; iis, qui hoc nomine generationis Hebræorum, seu Saracenorum infames habentur; in cæteris, qui alioqui essent honestæ familiæ, & nominis, informationes fierent usque ad quintum gradum inclusivè; in quibus (quæ secretò, & exactè tamen fierent) sicuti non est habenda ratio cujuscumque rumoris, aut cujuscumque asserentis se aliquid inaudisse; ita si constans fama haberetur, tales hac macula notatos, unde offendiculo, & dedecori esse possent, non essent admittendi. Probationes itaque cer-

B tæ;

i Cong. 5. D.
52. & 53.

l P. I. c. 3.

§. 1.

Ejus mitigatio.

tæ, & fide dignæ habendæ erunt, ut aliquis usque ad eum gradum excludatur. Ultra hos verò gradus, nisi sit talis infamia, quæ publicè constet, non est censendum impedimentum aliquod, aut ulterius inquirendum. De Tartaris autem & Mahometanis aliis, committitur Patri Generali, ut possit dispensare intra prædictos hos gradus, cum cesset in his ratio infamiæ. *m*

m Con. 6. D. 28

SECTIO III.

De Impedimentis secundariè excludentibus.

*Quatenus hæc
secundaria Im-
pedimenta ob-
stent.*

I. **S**I nullum ex proximè relatis obstaret Impedimentum, ulterius in interrogationibus progrediendum est. Et si quid erit, quod secretum requirat, id observabitur, ut par erit. Hæc autem secundaria Impedimenta, quamvis singula à Societate non excludant; quodvis tamen ex his tanti momenti esse posset, ut non expediret cum eo quemquam admitti. Sed quia accidere posset aliquem hujusmodi defectum aliis præclaris Dei donis compensari; id discernendum prudentiæ ejus, qui admittendi facultatem habet, relinquatur: cujus etiam erit in hujusmodi casibus dispensare. *n*

n P. 1. c. 3. §. 8.
& 16. & H. &
R. Prov. 36.